optime est, mecum autem incommodius [sine] quem fuerat
equius. ut prius introieram, sic prius exire de vi- in vitam
ta. Sed tamen recordatione nostre amicitie sic
fruor. ut beate vixisse videar. quia cum Scipio-
ne vixerim. Quo cum michi coniuncta cura de re- Scribit de istis duobus de Scipione et lelio a val[erio] l° 2° de eo istria
p[ublica] et de privata fuit. quo cum michi et domus fu-
it et milicia communis. et id in quo est omnis vis
amicitie, voluntatum, studiorum, scientiarum summa no.
consensio. Itaque non tam ista me sapientie quam
modo Fannius commemoravit, fama delectat.
falsa presertim, quam quod amicitie nostre memoriam
spero sempiternam fore. idque eo michi magis est
cordi, quod ex omnibus seculis vix tria aut quattuor
nominantur paria amicorum. quo in genere sperare
videar Scipionis et Lelii amicitiam notam posteri-
tati fore. [inquit] Fannius. Istud quidem Leli ita necesse est.
Sed quoniam amicitie mentionem fecisti, et sumus ociosi
pergratum michi feceris, ut spero item Sceuole, si quem-
admodum soles de ceteris rebus, ~~que~~ cum ex te queruntur,
Sic de amicicia disputaveris, quid [sentias] ~~Sceuola~~ Michi — qualem existimes, que precepta des. Sceuola.
vero erit gratum, atque id ipsum ~~cum~~ tecum agere
conarer, Fannius antevertit. quamobrem utrique
gratum nostrum admodum feceris. Lelius. Ego vero non

Quatuor [vel plures] paria amatorum sunt ista
Horestes et Pillades
Damon et Phitias
Polistratus et Ypolitus
Castor et Pollux
Theseus et Peritonus
Herculus et Phyloteces